1233 15/3 Anagnia Ruthenia and Province of Polonia

Pope Gregory IX authorizes the prior provincial of the Friars Preachers in Polonia and 'the friars of the Order of Preachers remaining in Russia' to grant 40 days of indulgence to those, who attend their sermons, and to absolve those, who have committed arson or violence against clergy, for which sins they should otherwise address the Apostolic See; these privileges are given to endorse the holy preaching of the friars in Russia.

Source: Transcripts. Vatican and Dominican Archives, Rome.

> Gregorius episcopus etc*etera*. Dilectis filiis … priori provinciali Polonie et fratribus ordinis predicatorum commorantibus in Ruscia, salutem etc*etera*. Ut fidei vestre puritas sibi tantum eterne vite adipisci delicias non contenta, sed anxia, quod illarum dulcedinem ceterorum fidelium devotio mereatur, eo facilius in huius invio seculi constitutos ad viam dirigat celice mansionis, quo ipsis, donantibus nobis, poteritis de potiori gratia providere, omnibus, qui ad sollempnem predicationem vestram accesserint, quamdiu fueritis in Ruscia, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, quadraginta dies de injuncta sibi penitentia relaxamus, auctoritate vobis presentium concedentes, ut pauperibus, debilibus et infirmis in Ruscie partibus constitutis, qui pro incendiis et violenta injectione manuum in clericos seculares, vel alias religiosas personas in canonem inciderint sententie promulgate, nequentes ad sedem apostolicam personaliter laborare, dummodo dampna passis et injurias satisfecerint competenter, absolutionis beneficium impendatis, nisi forte adeo ipsorum difficilis fuerit et enormis excessus, quod propter hoc merito ad sedem apostolicam sint mittendi. Presentibus, postquam apostolice sedis legatus Rusciam intraverit, minime valituris. Datum Anagnie idibus martii, pontificatus nostri anno sexto.

Comments: Whereas the Vatican Register has the date 15 March (*idibus martii*), the Dominican Register, according to BOP, has 8 March (*·viii· idus martii*); the date in the Vatican register is confirmed by Potthast (Reg.Pont.Rom. vol. I no. 9125) and Auvray (Reg. Greg. IX vol. I no. 1180).

Published: *Bullarium Ordinis Praedicatorum* vol. I no. 67; *Vetera Monumenta Historica Poloniae et Lithuaniae* vol. I no. 48; *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae* vol. I no. 8.